Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Autorita.iiij.metaphy.

Ens ſm ꝙ eſt ens dicitur multis modis.nō equoce.ſed ſm attributionem omnium in vnū.i.analogice
Substantia ē primuz ens a quo omnia dependēt.
Ens ⁊ vnū ꝯuertunt. Idē eſt homo ⁊ vnus homo.
Eadē ſunt q̄rū generatio ⁊ corruptio eſt eadem vel que eadem generatione generantur ⁊ corrumpuntur
Eiuſdē ſcie ē oppoſita ꝯſiderare.h̄ ē oppoſitorū eadē ē diſciplina
Negatio ⁊ p̄uatio differūt.qꝛ negatio eſt alicui⁹ ſimpliciter remotio.ſed p̄uatio ē remotio alicuius in ſubiecto apto nato ad illud.
Circa idem genus verſantur metaphyſicus ⁊ ſophiſtica.
Primū principiū in aliqua ſcientia notiſſimuz eſſe debet in ea. non conditionale nec demonſtratum
Prima dignitas eſt de quolibet affirmatio vl' negatio.al's de quolibet eſſe vel non eſſe. de nullo vero ſimul.
Qui negat loq̄lam.ponit loq̄lam.Qui nō vnū intelligit nihil intelligit. Quod non vnū ſignificat nihil ſignificat.
Non omne quod videtur verum ⁊ apparet verum eſt verum
Neceſſarium non poteſt ſe aliter habere.
Mouens naturaliter prius eſt moto.
Accidētis non ē accidens.niſi inq̄tū ambo tercio accidunt
Unum creatum refertur ad vnuz.
Contradictio ē oppoſitio cuius ſm ſe non eſt medium
¶Cōmentator. Ens nec ē vniuocuz nec equiuocum ꝓprie.ſz eſt nomen ſignificans plura vni attributa et eſt mediū inter vniuocum et equiuocum.i.analogum
¶Omnia que attribuuntur vni vl' attribuuntur alicui fini vt omnia ſana ſano qd̄ eſt in animali vel vni agēti vt omnia medicinalis ad artē medicine vel ſubiecto vt decē p̄dicamēta ſubſtantie et idem
Exercitiū dicitur ſanū eo ꝙ conſeruat ſanitatē. (vult Ariſtoteles
Una ſcientia non ē tantū vni⁹ vniuoci.ſz etiaz bn̄ vnius analogi
¶Auicenna inſeruit ſcientiam ſuam cum lege.
Auicenna putauit ꝙ idem eſſet vnum qd̄ ꝯuertitur cum ente ⁊ prīcipium muneri.quod non eſt verum.qꝛ differūt multuz.
Res non eſt ens vel vna per diſpoſitionem ſibi additam.ſed eſt ens et vna per ſuam eſſentiaz.
Sophiſta intendit ſe videri ph̄m ⁊ non eſt.ſed vt acquirat gloriam vel gratiam humanā.ſz ph̄us tantū intendit ſcire veritatem
Qui negat p̄mum principium.ſcz ꝙ duo ꝯtradictoria non ſtant ſimul.impoſſibile eſt ipſum philoſophari
Ratio quam ſignificat nomen eſt definitio.hoc eſt verum in ſpeciebus.ſed non indiuiduis.